

cigisse, Cum saepius per aliquot se-  
ptimanias, custos cadaverum cōstitu-  
tus, etiam noctū, inter ea cubare es  
coactus, ne per insidias studioso-  
rum rapta aliò transferrentur.

Sed de his dabitur commodior  
occasio brevī, coram conferendi.  
Interim ago gratias pro inspicioendo  
Spigelio & exin ansā oblata ad spe-  
culandum.

## EPISTOLA XIV.

*De pilulis antipodagricis Argentinensium, utrum  
tutus earum usus?*

Ad quendam Medicum.

Um omnes homines, præsertim quibus obtigit Genius paulo sublimior, sint appetentes laudum, ita & meus animus ab encomio haud alienus, si intra limites consistat, nec supra gradus meriti concendet. Cum Aristoteles Athenis inambulans, quendam juvenem purpureā veste induitum, cum gravitate ingredientem, in conspicatus, optabat talis esse in re, qualem se esse, ille sibi imaginaretur. Quid nī & mihi in votis, ut talis essem, prout vestri oculi mentis de me critici.

O quam magnus essem, non in *Carthago*, sed in ipsa *Ierapavia*. Mihi gaudio, dum animadverto, meas responsiones vobis, præsertim nostrati honorando amico, probari &c etiam estimari, qui aquila in nubibus est, perspicacib⁹ suis oculis omnia cernens & exacte discernens, si mea responsa limatum illius judicium su-

stinent, quis obtructare ausit? Tam honesta censura sit mihi pro magnâ usurā.

Quoad pilulas antipodagricas, ex troch, alhand, diagr. & alo, ros, cincinnatas, quin in avertenda defluxionum materiā (serosos, biliosos & pituitosos humores, ceu caufam antecedentem evacuando) prohibendo, ne ad articulos descendat, plurimum præstare valeant, indubium, sed tamen cum justā discretione usurpandæ. Si aloë solitaria crebrius ingesta Epar lœdit, prout Jul. Cæl. Scaliger Exerc. 160, affert his verbis: Qui negant aloë Jecur offendit, Experienciæ Scuticæ digni sunt, hoc per annos amplius 40. compertum habuimus. Nolo commemorare qui non solum ab Empyricis pharmaciis, sed etiam à Galenistis in pericula & morbos illius usū conjecti, ex enimus è pernicie manifesta. Quin summus ille ihilosophus, etiam maximi nominis Medicus fuerit, proin

R.F. 2 ipius

ip̄ius authoritas magni æstimanda, dum de se quadam in Epistola refert: Crebra maximorum virorum fruor salutatione, missis ad me epistolis, ultima ex Germaniâ, Galliâ, Italia, quod ipsi nonnullam habeant de meis curationibus potius, quam de sapientiâ opinionē. Quin & ventriculo, præsertim si siccior, damnoſa aloë æstimanda, dum non ſolum humores ſuperfluos educit, ſed & ob vim abſtergendi & ſiccandi, ſuc- cos alimentales adoritur, & humi- dum radicale revellit, exin in tabem immedicabilem, deducit. Si ergo tanta pernicies à ſoliis aloes frequentiore uſu exſpectanda, quid verendum, ſi diagr. & troch.alhand. adjungantur. Haud notabilis effe- ctus ab illis ſperandus, n̄ crebriū usurpentur, & ſenſim collectos vi- tiosos humores, qui aliā ſad extre- mos artus p̄cipitarentur, subtra- hant. Quod citra noxam interio- rum. Viſcerum, œconomiæ natura- li infervientium, in primis Epa- tis & ventriculi, fieri nequit. Olim perquam lepidè Antonius Guevar- ra, Caroli V. Imp. Confessionarius in epistolâ ad Medicum Hilpanum, præſervando ab iuſtulo podagrico,

## EPISTOLA XV.

*Nicotiana à calumnii vindicata.*

Ad Philiatrum.



Tſi Nicotiana ſit Panacea profligans omnes internos & exter- ac Medicina universalis, nos languores ſi quis illam dext̄e, ponde-